Loðbrókar-kviða.
ed.
N.H.Sjöborg,
1802.

# LODBROKAR-QUIDA,

## *CARMEN GOTHICUM, FAMAM REGIS RAGNARI LODBROCHI*

CELEBRANS,

Cujus Partem Primam,



*Consentiente Amplissimo Philosophor. Ordine,*

PRÆSIDE

*NIC. HENR. SJÖBORG,*

Histor. PROFESSORE Reg. & Ord. Reg. Acad. Music. Holm. & Societ. Litt. Scand. Hafn. Membro,

PRO LAUREA

exhibet

MAGNUS GEORG. MEURLING,

Ostro Gothus.

*In Lyceo Carol. d. V Maji A. MDCCCII.*

LUNDÆ,

LITTERIS BERLINGIANIS.

*Et primo quidem utemur omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie, eo melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat.*

CICERO.

*Ragnar Lodbròk* magis Antiquariis quam vulgo notus, filius Regis *Sigurd Ring*, summus mari & terra imperator, circa medium Sæculi VIII primo Dania, mox, postquam arma Regis *Eisten Beli* in filios Ragnari cessere, Svecia, nomine Regis, sub imperium acceptis, paterna velut hereditate relicta gloria multisque auctus virtutibus, magnam sui famam reliquit. Agnomina ei data fuerunt *Alfsbane*, Interfectori Regis Alf, & *Waidghe*, Potenti 1): Omnium autem amplissimum fuit *Lodbrok*, cujus explicatio facilis, non tamen a fabularum plane abhorrens vanitate. *Herraud*, Rex Ostrogothiæ, filiam habuit *Thora*, agnomine *Borgahjort*, (h. e. cerva arcis, vel cerva in gynæceo, quod virginibus omnibus ceu cervus animalibus ceteris excelluit), cui in castello suo inclusæ custodem capitis & virtutis serpentem scilicet vel Draconem opposuit, monstrum horrendum, informe, ingens, quod *Herauds oc Bosa Saga* cognomento auxit *Ovættir*, monticolæ, gigantis, herois puta, nomine *Orm* 2): qui quum adultus pestilentissimo halitu viciniam ureret, rex inertis operæ pœnitens, potiturum filia, qui pestem amovisset, edixit.

a A

1) Historie af Danmark. ved P. F. Suhm T. 1. p. 525, 527.

2) Suhm & Saxo de duobus commemorant serpentibus; sed *Herrauds oc Bosa Saga* non item: & quod antiquissimum monumentum, est *LodbrokarQuida* unum tantum suis carminibus celebrat.

A multis retro ſæculis non raris quidem litora noſtra ab exteris nationibus adita fuerunt navibus: quis tamen, niſi ſi amans ſit, præter periculum bellicoſiſſimæ gentis Gothiam, monſtris horrendam, prodigiis celebrem, patria relicta, peteret? Quis niſi Danorum Ragnarus? — Is famam conſilii patris & pulcritudinis filiæ expertus, laneum a nutrice ſagulum villoſasque admodum braccas expetivit, quibus venenatos anguis eluderet morſus. Quo vero ſucceſſu id fecerit, ex eo vel maxime apparebit, quod filiæ nubenti, arce occupata, lectus ſtratus ſit genialis. Victoris autem cultum *Herraud* curioſius contemplatus quum hirtum animadvertiſſet, præcipue tamen veſtis aſpectu hiſpidæ horrorem, maximeque incomtam braccarum ſpeciem eludens, *Lodbrok* eum agnominavit. Ita qui primus filiam liberavit, primum a patre, ſive ob metum, ſive per ludibrium, mox a ſe ipſo & ab omnibus, invento nomine, *Lodbrok* vocaretur.

Poſtquam multi exantlati labores, quinquaginta & pugnæ commiſſæ, victoriæque quamplures patratæ erant; tandem Lodbrochum noſtrum ad Angliam octavo exeunte Sæculo proficiſcentem, a rege Ella victum, mors propera abſtulit. Sed Ragnari ſtudioſos pauca tantum de eo & extrema tradituri ad ſcripta celebratiſſimi Danorum Hiſtorici Suhm delegamus 3). Scriptum alii reliquerunt

3) l. c. T. 1. pag. 567. *Tilſidſt. bleve dog Regnars faae folk overmandede, og ibjelſlagne ved udlöbet af Tine floden; Han ſelv indeſtængt mellem ſkjoldene,*

runt Ragnarum jactantia gloriaque ad posteros, alii muliebri studio Crakam, quam post Thoram in matrimonium duxerat, carmen composuisse nostrum, antiquissimam Sveciæ & Daniæ Historiam illustrans, *Lodbrokarquida* vel *Krakumal* dictum, quod cum ad verbum fere transferimus, operæ prætium nos facturos existimavimus 4).

Odam, quæ saltem octo vel novem pridem numeravit sæcula, hoc a multis elegimus consilio, ut notiores essent antiquissimæ litteræ Gothicæ, qui-

a 2 bus

*og tillsange taget, og vilde han da ej svare eet ord, eller give tillkjende hvo han var, i hvormeget han end blev spurgt derom. Herover besluttede Ella, som ej kjendte ham, og nu vilde sætte et exempel paa saadanne Sjøröfvere, at lade ham lide en gruelig død. Han lod ham sætte i en ormegaard, opskjære, og slanger og orme legge ind i ham. Men endskjönt han saaledes led megen pine, sagde han dog intet, hvorved han gav sig tillkjende, thi dertill var han for stolt, klagede ej heller, men sagde alene tillsidst: Vidst vilde grisene nu grynte, om de vidste galtens tillstand, og hvad den gamle nu maae lide. Saaledes endte den stridbare og urolige Regnar sit liv. Han søgte ideligen döden, og fandt den tilsidst.*

4) *Lagerbrings* Svea Rikes Historia, T. 1. p. 157. *At man fallit på den tankan, at Ragnar uti sina sista stunder upsatt ett långt Skaldequäde om sina bedrifter, lär förmodligen kommit däraf, at han sjelf införes där talande. Troligare kan vara, at dess efterlämnade Gemål Kraka, eller Aslaug, hedrat honom med detta äreminne, emedan man i gamla handskrifter funnit Visan kallad Krakumal, eller Krakas sång. Ofelbart är, at visan år gammal, och således det säkraste monument man i Ragnars lefverne kan följa.*

bus studiis plane vacare non possunt, qui solidam & expressam vel Historiæ Patriæ, vel Linguæ vernaculæ hodiernæ tenere desiderant effigiem 5). Si cui populo liceat antiquitate suæ linguæ gloriari, detur hæc venia Scandinaviæ incolis. Nunquam tamen in ea opinione fuimus, qua quidam Antiquarii, qui vetera etiam locuti sunt: utendum enim sermone ut nummo, cui publica forma est. In eo vero elaboramus, ut litteris Gothicis initiati neque labore ab honesto instituto deterrerentur, neque adminiculis destituti desperarent. Antiqui nostri sermonis quæ vis & majestas, eadem sæpe difficultas: Lexidion itaque Latino Gothicum unicuique versui svasu & exemplo aliorum subjunximus. Notandum vero, idem verbum raro bis explicari, & casus temporaque Latina Islandicis plerumque congruere. Carmen nostrum *Lodbrokarquida* in prisca illa non invenimus cantilenarum congerie, quæ Edda Rhythmica Sæmundiana dicitur: hujus enim pars 1, Hafniæ A. 1787 sumtibus Legati Magnæani & Gyldendalii edita, hæc continet monumenta: 1 *Wafthrudnismal*, 2 *Grimnismal*, 3 *FörSkirnis* Iter Skirneri, 4 *HarbarzLiod*, 5 *Hy-*

5) Joh. Ihre Differt. de Usu Antiquitatum in illustranda Lingua Sviogothica 1746 Holmiæ. — Ejusd. de Usu Linguæ Sviogothicæ in illustranda antiqua gentis nostræ simplicitate, 1748.

Dan. Herweghr Differtatio de Genesi Linguæ Svecanæ 1747, Upsaliæ.

Prof. Joh. Ihres Utkast till Förelåsningar öfver Svenska Språket och thes nårmare kånnedom &c.

*Hymisqvida*, 6 *ÆgisDrecka*, convivium Ægeris, 7 *Thrymsquida*, 8 *HrafnaGaldur Odins*, corvicinium Odini, 9 *Vegtamsquida*, Viatoris oda, 10 *AlvisMal*, Panſophi Logus, 11 *FjölſvinnsMal*, Multiſcii fabula, 12 *HyndluLiod*, 13 *Solarliod*, Carmen ſolare. Hunc vero Partis 11:æ, typis nondum exſcriptæ, conſpectum Celeberrimo Danorum Antiquario, Skul. Thord. Thorlacio, Scholæ Hafn. Rectori, Regi a Conſil. Juſt. acceptum referimus: 1 *Vanlundarquida*, 2 *Helgaquida Hundingsbana* I, 3 *Helgaquida Hundingsbana* II, 4 *Sinfjötlålok* fragm. Hiſt. 5 *Helgaquida HaddingiaSkata*, 6 *Gripis ſpa* ſ. *Sigurdarquida Fabnisbana* I, 7 *Sigurdarquida Fabnisbana* II. P. 1, 8 *Fabnismal* ſ. *Sigurdarquida Fabnisbana* II. P. 2, 9 *Sigurdarquida Fabnisbana* III, 10 *Sigurdriſumal* ſ. *Brynhildarquida* I, 11 *Brynhildarquida* II. fragm. 12 *Gudrunarquida* I, 13 *Gudrunarquida* II, 14 *Gudrunarquida* III, 15 *Helreid Brynhildar*, 16 *Gunnars Sagur* ſ. *Dräp Niflunga*, 17 *Oddrunar Gratur*, 18 *Ettlaquida en Grönlendſka*, 19 *Ettlamal in Grönlendſko*, 20 *Gudrunar braut*, 21 *Hamdismal*, 22 *GrouGaldur*.

In monumento Islandico *Saga af Ragnari Lothbrok og Jonum hans* invenimus quidem Carmen noſtrum, cui titulus additus eſt *Bjarkamal* 6). Nos vero auctores habemus Johnſtonem & chirographa Arna-Magnæana.

LOD-

6) Genus Carminis ab auctore Biarcone ſic dictum. De genuino Carmine *Bjarkamal* vid. Sturluſon, Heims Kringla T. 1. p. 771.

# LODBROKARQUIDA.

1.

*Flockr.*

Hiuggom ver med hiaurvi.

*Lodbrok.*

Hitt var ei fyrir laungo
Er a Gautlandi gengom
At graf-vitnis mordi;
Tha fengom ver Thoro.

Tha-

1.

*Hiuggom* concidimus, ab *hauggva* concidere.
*Ver* nos, nom. plur. *eg* ego.
*Med* cum, regit ablativum.
*Hiaurvi* gladio, *hiaurr* gladius.
*Hinn*, *Hin*, *Hitt*, ille, a, ud.
*Var* erat, ab *ik er* ſum.
*Ei* non.
*Fyri* ante, præpoſitio regens accuſativum.
*Laungo* longum, diu, *langr*, *laung*, *langt*, longus, a, um.
*A* in, præpoſitio, quæ cum caſibus eodem modo ac Latine conſtruitur.
*Gautlandi* Gothia, ab *Gaut-land.*
*Gengom* iter fecimus, ab *eg geng* eo.
*At* ad, præpoſit. tum ablativ. tum genitiv. regens.

# LODBROCHI EPICEDIUM.

I.

*Chorus Militum Captivorum.*

Concidimus ferro.

*Lodbrochus.*

Ut primum ad
Gothiam perventum eſt,
haud diu mors ſerpentis dilata eſt.
Tunc Thoram obtinui.

Poſtea,

*Graf-vitnis* munimentorum ſciens, *grôf* foſſa, vallum, *ek gref* fodio a γραφη, *vitnir* ſciens, doloſus, hinc metaphorice lupus, ab calliditate ita dictus. Loquitur auctor de ſerpente vel Cuſtode, qui Thoram in caſtello detinebat.

*Mordi* cæde, *mord* cædes. Gothi, Græcis olim contermini, multas voces a perfectis Græcorum verborum mutuati ſunt. Ex. gr a μεμορα dividi, abjecto augmento, venit *mord* mors, terminus vitæ; a μεμερκα autem venit *merk* id quod diſtinguit, ut ſignum, vexillum, moneta &c Sic ab εστερκα roboravi, profluit *ſterk* robuſtus; ab εστορα autem derivatur *ſtor* magnus, firmus, imperioſus, *ſtorm* tempeſtas &c.

*Thoro* Thoram, filiam Herraudi, primam Lodbrochi reginam.

Thathan heto mik fyrdar,
Er ling-al um lagda'k,
LodBrok. At thvi vigi
Stack ek a ſtordar-lyckio
Stali biartra mala.

2. Hiug-

*Thathan* inde, adverbium cauſæ & loci.

*Heto* vocarunt, verbum in Activo obſoletum. *Ek heiti* vocor hodie apud Islandos in uſu eſt.

*Mik* me, acc. ſing. *ek* ego.

*Fyrdar* viri, cuſtodes, ab *ek forda* ſervo.

*Lyng-al* ericæ vel erriceti anguilla, i. e. ſerpens; *lyng* erica, vel potius ericetum, *al* anguilla.

*Lagda'k* pro *lagda ek* transfixi, ab *ek legg* transfigo.

*Um* particula expletiva ut *ge* Germ. & *be* Svec. & Dan.

*Lotbbrok lotbin* hirſutus *brok* braccæ.

Poſtea, quia anguem jaculo
trajeciſſem, mortales me
Lodbrochum nominavere.
Hujus enim certaminis victor, ſerpentem
ferro, ſplendentibus metallis ornato, transfixi.



*Thui* illa, *ſa*, *ſu*, *that*, ille, a, ud.

*Vigi* victoria, *vig* pugna, cædes; *at vega* ponderare, determinare, librare.

*Stack ek* ego pupugi, ab *ek ſting* pungo, a στιζω.

*A* in, motum notans, regit acc.

*Stordar-lyckio* fibulam terræ, ſerpentem, *ſtord* terra, *lyckia* circulus, fibula.

*Stali* n. g. chalybem, *ſtal* chalybs.

*Biartra* fulgentium, *biartr* fulgens.

*Mala* metallorum, *mal* aurum, metallum.

2.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Helldr var ek ungr tha er fengom
Austr i Eyrar-Sundi
Undorn frekom vargi
Ok fot-gulom fugli.
Fengóm ver thar eth sungo
Vith ha-seimda hialma
Haurd iarn mikils verdar.
Allr var aegir sollinn.
Od hrafn i val-blodi.

3. Hiug-

2.

*Heldr* nimis.
*Ungr* juvenis
*Fengom* acquisivimus, ab *ek fae* trado, acquiro.
*Austr* orientem versus: forsan ab ἑως Aurora.
*Eyra-sund* fretum Balticum, *eyri* promontorium, *sund* fretum.
*Undorn* strages, acc. plur. *und* vulnus.
*Frekom* insultantibus, *frekr* petulans, *freki* petulantia.
*Vargi* feris. dat. plur. *vargr* lupus, fera.
*Fot-gulom* flavipedi, *fotr* pes, *gulr* flavus.
*Fugli* avi, *fugl* avis.
*Sungo* cecinerunt ab *ek syng* cano.
*Vith* ad, cum, regit accusativum.
*Ha-seymda* alte consutas, *har* altus, *seymdr* consutus, *ek sauma* consuo.

2.

Concidimus ferro.
Admodum juvenis eram,
quum Eo's in regionibus, ad fretum Balticum
truncata membra rapidis feris
flavæque pedibus avi tradidi:
Ibi, dum rigidi ferri ictibus
prominentes galeæ compages resonabant,
illis dapes opimas comparavimus.
Totum mare sanie sordebat.
Corvus per emortuorum vadit sanguinem.



*Hialma* galeas, *hialmr* galea, *ek hyl & hylmi* tego.
*Haurd* dura, nom plur. *hardr*, *hörd*, *hart* durus, a, um,
*Jarn* ferra, nom. plur. *jarn* ferrum. n. g.
*Mikils* magni, gen. sing. *mikill*, *mikil*, *mikit*, magnus, a, um, a μεγαλη.
*Verdar* gen. sing. *verdr* victus, portio, ab *at virda* pendere: hinc Svec. *värde* pretium.
*Allr*, *aull*, *allt* omnis, is, e. forsan ab ὁλος.
*Aegir* m. g. mare. Neptunus apud *Gyllenborg*, vid. *Tåget öfver Bält.* Ex hoc vocabulo profluunt forsan nomina propria Ægæus & Ægæum mare: quod tamen neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est.
*Sollinn*, *sollin*, *sollit*, tumidus, a, um, turbidus, *sullr* tuber.
*Od* ab *ek vetb* vado.
*Hrafn*, vel potius *Rafn* corvus.
*Valr* cædes, *Bloth* sanguis.

3.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hatt barom tha geyra
Er tvi-togir taldunz
Ok tyr ruthom vitha.
Unnom atta Jarla
Auſtr i Dyno-Mynni.
Gera fengom tha gnoga
Giſting at thvi vigi.
Sveiti fell i ſollin
Sae. Tyndi lith aeſi.

4. Hiug-

*Har, ha, hatt* altus, a, um.
*Barom* geſſimus, *ek ber* gero.
*Geira* arma, acc. plur. *geir* telum.
*Tvitogir* vicennium nom. plur. *tveir* duo, *tugr* decas.
*Tauldunz* numerati fuimus. *ek tel* numero.
*Tyrr* vel *Tyr* Mars, belli Deus Septemtrionalis. metaphorice gladius.
*Ruthom* rubefecimus, *ek ryd* rubefacio, *rioda* rubefacere.
*Vitha* longe lateque, *vidr, vid, vidt* latus, a, um.
*Unnom* vicimus, ab *ek vinn* vinco, ſupero.
*Atta* acc. plur. octo.
*Jarla* Comites, acc. plur. *jarl* comes, dux, gubernator, qui provinciam adminiſtrabat, & ſæpe inter ſuos regia erat dignitate, quamvis carebat nomine.
*Dyno-Mynni* Duinæ oſtio, Duina fluvius *munnr* oſtium.

3.

Concidimus ferro.
Alte vibrabam haſtam:
lateque gladium rubefeceram,
antequam bis denos annos numeraviſſem,
Orientalibus in terris ad oſtium Duinæ
octo regulos debellavimus.
Iſto prœlio lautiſſimum
epulum falconi præbui.
Sudor (puniceus leti) in tumidum pontum
ſtillavit.
Copiæ (auxiliares) vitam amiſere.

4. Con-

*Gera* corvo dat. ſing. *geri* corvus, falco.
*Gnoga* affluentem, *gnogr*, *gnog*, *gnogt* affluens.
*Giſting* hoſpitium, ſportula, victus, *ek giſti* hoſpitio accipio, & excipior hoſpitio.

*Sveiti* cruor, *ek ſveiti* ſudo.
*Fell* cecidit, *ek fell* cado.
*Sae* mare, acc. ſing *ſaevr* m. g. mare:
*Tyndi* perdidit, *ek tyni* perdo.
*Lid* auxilium, translate exercitus.
*Aevi* ævum, vita ab *ae* ſemper.

4.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hethins quonar varth authit
Tha er Helſingia heimtom
Til heim-ſala Othins.
Laugdom upp i Iſu.
Fiódr nathi tha bita.
Aull var unda gialfri
A ſu rodin heito.
Greniadi brandr i brynio.
Ben-ſilder klufo ſkilldi.

4.

*Hethins* Hedini, gen. ſing. *Hedinn* rex, qui Hildam filiam Hognii regis Halogalandiæ in Norvegia vi rapuit. Hinc orta ſunt graviſſima bella, atque exinde Hilda, inter Deas relata, gaudere bellis, armis, & rebus militaribus fingebatur.

*Quonar* ſponſæ, ab *kuona* pro kona fæmina, a γυνη.

*Vard* facta eſt, *ek verd* fio.

*Authit* copia, particip. paſſ. verbi neutri *audnaſt* obtigit, copia data eſt.

*Helſingia* Helſingos, ab *Helſingi* incola Helſingiæ, ad ſinum Bottnicum, ita dictæ a Thorero Helſingo exſule Norvego, qui primus ibi ſedem fixit. *Helſingi*, Anas erythrophus, in Islandia adhuc dicitur avis, quæ per æſtatem in lacubus ibi ſolum manet & pennas, calamis perquam idoneas, relinquit.

*Heimtom* citavimus, *ek heimti* cito.

*Heim-ſala* ſedes domeſtica, *heimer* domus, vel potius domi, *ſalir* palatium.

4.

Concidimus ferro.
Hedini ſponſa noſtræ pugnandi
cupiditati indulſit, quum pubem
Helſingiæ in aulam Odini citaremus.
In fluvium Ivæ appulimus.
Tum ſagitta acriter pungere potuit.
Calidus torrens, e vulneribus erumpens,
totum amnem purpuravit.
Enſes thoracibus illiſi frendere.
Scuta vulnificis haſtis findebantur.

*Odins* Odini, *Odinn* Gothorum primus rex & legiſlator, omnium Heroum Deus.
*Laugdom* appulimus, *ek legg* apello.
*Up* ſurſum.
*I* in, motum ſignificans, acc, regit.
*Iſu* flumen Norrlandiæ, forſan *Iby* in Ångermannia.
*Fiódr* penna, cuſpis, telum.
*Nathi* potuit, *ek nai* poſſum.
*Bita* mordere, *ek bit* mordeo, *bit* morſus.
*Aull* omnis.
*Unda* vulnerum, *und* vulnus.
*Gialfri* cataracta, ab *gialfr.* n. g.
*A* amnis f. g.
*Sa, ſu, that* ille, a, ud.
*Rodin* rubefacta, *ek rinda* rubefacio.
*Heitu* calida, *heitr*, *heit*, *heitt* calidus, a, um, *hiti* calor.

*Greniadi* frenduit, *ek grenia* frendeo. Hinc Svec. *grina.*

*Brandr* enſis, proprie titio, ab *ek brenni* uro, flammo.

*Brynio* loricas, *brynia* lorica. Obſoletum vocabulum *bron* pectus in Vallia adhuc in uſu eſt.

*Ben-ſilder* piſces vulnifici, ab *ben* vulnus & *ſild* halec. Haſtæ, vel ob formam & velocitatem ſic appellantur; vel quia nimbus telorum ſcuta penetrantium piſces retia perrumpentes referebant. Ita, Gunlaugs ſaga enſem vocat *brymfiſki* i. e. piſcem vulnificum. In aliis Manuſcriptis eſt *ben ſilla* i. e. vulnificæ trabes ab *ſilla* trabs, atque forſitan hæc lectio præferenda quibusdam videbitur.

*Klufo* diffiderunt, *ek klyf* findo.

*Skilldi* clypeos, *ſkiöldr* clypeus.

# LODBROKAR-QUIDA,

*CARMEN GOTHICUM, FAMAM*
*REGIS*
*RAGNARI LODBROCHI*
CELEBRANS,

---

Cujus Partem Secundam,
*Consentiente Amplissimo Philosophor. Ordine,*
PRÆSIDE

*NIC. HENR. SJÖBORG,*
Histor. Professore Reg. & Ord. Reg. Acad. Music. Holm. & Societ. Litt. Scand. Hafn. Membro,

PRO LAUREA
*exhibet*

CAR. CLEM. ROTHSTEIN,
Scanus,

*In Lyceo Carol. d. Maji A. MDCCCII.*

---

LUNDÆ,
Litteris BERLINGIANIS.

*Sum ex iis, qui mirer antiquos; non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio: neque enim quasi lassa & effoeta natura, ut nihil jam laudabile pariat.*

PLINIUS JUNIOR.

Viris

*Plurimum Reverendis ac Præclarissimis,*

DOMINO

NICOLAO OLIN,

Præp. et Pastori in Wåsby et Wiken,

Avo Indulgentissimo,

DOMINO

JON. RAPH. ROTHSTEIN,

Præp. Territ. Onsiö, Pastori in Billinge et Röstånga,

Parenti Optimo,

DOMINO

PET. ADAM. EM. OLIN,

Pastori Legionario,

Avunculo Honoratissimo,

*Leve Sanctissimæ Pietatis Pignus*

Debuit

C. C. ROTHSTEIN.

5.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hygg ek enginn tha flydi
Athr enn a hefils-heftom
Herrauthr i ftyr felli.
Klyfr ei aegis-aundrom
Annar jarlinn fraegri
Lundar-vaull til laegis
A lang-fkipom fidan:
Sa bar fiklingr vitha
Snart fram i ftyr hiarta.

6. Hiug-

5.

*Hygg-ek* puto, fentio.
*Einginn* neminem, *enginn* nemo,
*Flydi* fugiffe ab *ek fly* fugio.
*Adr* ante, adverb. temporis.
*Enn* quam, adv.
*Hefils heftom* equis velis inftructis. *Hefill* velum, *heftr* equus; naves enim jumentis fæpe affimilabantur. Notandum vero eft, quod bellator, nomine *Hefill*, memorabilis fuerit pirata: fi itaque in eam fententiam perducant verba poëtæ, fic vertenda funt: *equis Hefili.*
*Herrauthr* Herraudus, focer Lodbrochi. *Herr* exercitus, *audr* vaftans, defolans.
*Styr* tumultu, *ftyrr* tumultus.
*Klyfr* findit ab *ek klyf* findo.
*Aegis Aundrom* Neptuniis caballis. *Aegir* mare, *andri* equus, ab *andra* gradi.
*Annar, aunnor, annat,* alius, a, ud.
*Jarlinn* comes. Celt. *ior* dux,

5.

Confecimus gladio.
Arbitror iſto die neminem pedem retuliſſe,
priusquam inter naves (velivolos ſuos equos)
Herraudus exſpirans corruiſſet.
Dux, quo alius nullus celebrior fuit,
navibus (jumentis marinis) in portum penetrans,
æquora mergis frequentata
olim omnibus audacior ſulcavit.
Illum, triumphis clarum, prorſum per tumultus
bellicos cor ferox præcipitem ſemper agebat.

 6. Con-

*Frægri* celebrior. *Frægr*, *fræg*, *frægt*, celeber, bris, bre; — fortis.
*Lyndar-vaul* volucrum marinarum campos. *Lundi* genit. *lundar* alca arctica, *vaullr* campus.
*Til* ad, regens genitivum.
*Lægis* ſtationem navium. *Lægi* ſtatio, *ek ligg* jaceo.
*Langſkipom* longis navibus. *Langr*, *laung*, *laugt* longus. *ſkip* navis. Celt. *long* navis.
*Sidan* poſtea, exinde.
*Bar* geſſit, ab *ek ber* fero.
*Siklingr* Heros, *ſigr* victoria, *ling* vero reſpondet terminationi Latinæ *bilis*, ut affa*bilis*, memora*bilis* &c,
*Snart* forte, acre, *ſnarr* acris.
*Fram* ultra, prorſum.
*Styr* in prælio:
*Hiarta* cor, Vlphil. *hairto*,

6.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Herr kaſtathi ſkiaulldom
Tha er rae - gagari rendi
Reiſtr at gumna brioſtom.
Beit i Skarpa - Skeriom
Skeri - billdr at hialldri.
Rothin verth randar - mani,
Athr Rafn Konongr felli.
Dreif or haullda hauſom
Heitr á brynior ſveiti.

7. Hiug-

6.

*Herr* exercitus.
*Kaſtadi* abjecit, *ek kaſta* jacio.
*Skiaulldom* clypeis, dat. plur. *Skiöldr* clypeus. *Skyli* tego, Hinc Svec. *ſkiul* & Scot. *ſhool* involucrum.
*Hrae-gagare* cadaverum ſpoliator i. e. enſis. *Hrae* cadaver, *gagare* prædo.
*Rendi* cucurrit, *ek renni* curro, forſan ab ῥέω.
*Reiſtr* excitatus, *ek reiſi* erigo, excito.
*Gumna* militum, *Gumi* vel *Gumr* miles, vox obſoleta. Hodie apud Norvegos ruſticus vocatur *Gubbe* & *Gummi*, forſan ab *ek geymi* cuſtodio. *Gumne* vel *gumme* in Edda Ducem vel Dominum, ſignificat, hinc Svec. *brudgumme* ſponſus, & *Gumma* matrona, vetula.
*Brioſtom* pectoribus, dat. plur. neutr. gen. a *brioſt*.
*Beit* momordit, *ek bit* mordeo.
*Skarpa-ſkeriom* nomen loci, forſan *Skarpey* in Norvegia prope Spangaheidi, vel Spangereid & Lindesnäs *Skarpr* aſper, *ſker* cautes. In aliam nos adducit opinionem Celeb Suhm, dicendo: *Regnar Lodbrok nedlagde ved Skarfa Skiær i Skottland en Kong Rafn.* vid ejus *Hiſtorie af Danmark*, T. 1. p. 516.
*Skeri-billdr* telum ad ſecandum aptum. *Ek ſker* ſeco, *billdr* inſtrumentum, quo venæ ſecantur.

6.

Confecimus gladio.
Agmina ſuos clypeos demiſere,
cum enſes, funerum avidos, vehementer
exegerunt per pectora heroum.
Apud Scarpaſceriam bipennis crudeliter
nec ſine ſtrepitu & clangore mordebat.
Rubidæ erant oræ lunatarum peltarum,
antequam rex Rafnus occumberet.
Calidus ſudor, capitibus principum
manans, loricas rigavit.

7. Con-

*Hialdri* concentu, & metaphorice clamore bellico: quum enim tela inter ſe colliderent, quaſi confabulantes videbantur. *Hiala* confabulor, *hial* colloquium, ſermo, diſquiſitio.

*Randar-mani* margines peltæ lunatæ. *Rönd* extremitas, *mani* luna.

*Athr*, ante, priusquam.

*Rafn* nomen cujusdam reguli.

*Konungr* Rex. *Kon* vel *Ken* Celt. princeps, *ungr* juvenis. Alias conjecturales derivationes habet J. Ihre in Gloſſar. Sveog. T. 1, p. 1125.

*Dreif* diſperſus eſt, *ek dreif* incerto curſu feror.

*Or* ex, regit ablativum, hodie *ur*.

*Haulda* virorum, *hauldr* vir, baro, qui & paterno & materno genere nobilis eſt. cfr. *Orkneya Saga*. Hinc Angl. *Free-holder*.

*Hauſom* capitibus, *haus* caput.

7.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hatt greniotho hrottar
Athr a Ullar- Akri
Ey - ſteinn Konongr felli.
Gengom gulli fathir
Grundar vals at bryndom.
Rae - kindill ſneith randar
Rittr at hialma - moti.
Svira - vin or ſarom
Sveif of hiarna kleifar.

8. Hiug-

7.

Obſervandum eſt, quod in quibusdam MSS. hic verſus ordine octavus eſt.

*Hatt* alte, *harr*, *ha*, *hatt* altus &c.
*Greniotho* frendebant, *ek grenia* frendeo.
*Hrottar* enſes, *hrotti* enſis, *hrókva*, præt. *hrókti*, concutio, vibro.
*Ullar - Akri* Ulleråker, prædium regium in Uplandia, non procul ab Upſalia: ipſius autem loci ſitum ignoramus; neque minimum ejus reſtat veſtigium. De heroïna Thorborg in Ulleråker vid. Lagerbring Sv. Rik. Hiſt. T. I. p. 92, ſeqq. Gõtriks oc Rolfs Saga C. 17 ſeqq.
*Eyſteinn* rex Upſaliæ, *ey* inſula, *ſtein* lapis. Loquitur ſine dubio poëta de rege Sveciæ *Öſten* vel *Ejſten Beli*, qui a filiis Ragnari victus & interfectus eſt. Lagerbring l. c. p. 155.
*Gulli* auro, *gull* aurum.
*Fadir* politi, *ek faegi* polio, orno.
*Grundar - vals* Campi cædis, *grund* campus, *valr* cædes.
*Bryndom* incendiis, flammis, *brundr* æſtus. indicat poëta ſe & ſocios in campum cæde æſtuantem veniſſe.
*Rae - kindill* cadaveris fax i. e. haſta, ſic propter formam teretem vocata. *Hrae* cadaver, *kindill* candela, *kinda* accendere.

7.

Confecimus gladio.
In campis Ullæ horrendum
intonuerunt gladii usque eo
dum Eiſtenus exanimus jaceret.
Auro polito fulgidi per planitiem
fatalem cæde æſtuantem gradiebamur.
Haſta (candela cadaveris) inter galearum flictus,
indignabunda, clypeos perrepſit.
Sanguis (vinum cerebri), ex rimis craniorum ad cervicem
deffiſſorum emicans, per humeros heroum manavit.

8. Con-

*Sneith* ſecuit, perfregit, *ek ſneid* ſeco. Hinc Svec. *ſnida.*

*Randar* umbones, clypeos, accuſativus obſoletus pro *rander*,

*Rittr* irritatus, ab *ek riti* irrito. Hinc Svec. *reta.*

*Hialma-moti* galearum conventu, *hialmr* galea, *mot* conventus, *maeta* convenire, Hinc Svec. *móta*, *móte*, & Angl. *moot*.

*Svira-vin* Cervicis vinum i. e. ſanguis. *Svira* gen. plur. cervicum, *Sviri* Cervix, *vin* vinum,

*Sveif* manavit, *ek ſvif* feror.

*Hiarna-kleifar* cerebri clivos, i. e, ſcapulas, *Hiarne* cerebrum, *kleif* clivus,

8.

Hiuggom ver med hiaúrvi.
Hafa gato tha hrafnar
Fyrir Indyris eyio
Aerna brad at ſlita.
Fengom Falo-heſtom
Fullan verd at ſinni.
Illt var eins at gaeta.
Med upp-runa ſolar
Streing-vaulor ſa ek ſtiga:
Stakk almr af ſer malmi.

9. Hiug-

8.

*Hafa* habere, *ek hefi* habeo.
*Gato* potuerunt, *ek get* poſſum.
*Fyrir* coram, prope, regens abl.
*Einderis eyiom*, Inſulæ interiores forſan ſinus Drontheimenſis, hodie *Inderö.*
*Aerna* affluentem, *aerinn*, *aerin*, *aerit* affluens.
*Brath* eſcam, *brad* n. g. victus, caro toſta, ab *ek braethi* torrendo mitigo.
*At ſlita* divellere, *ek ſlit* dirumpo, lacero.
*Falo-heſtom* Furiæ equis dat. plur. *Fala* venefica, *heſtr* equus. Iſtæ veneficæ, lupis inſidentes, per cœlum equitare olim putabantur.
*Fullan* plenum, *fullr*, *full*, *fult* plenus, a, um.
*Verd* prandium acc. *verthr* prandium.
*At ſinni* ea vice, *ſin* momentum.

8.

Confecimus gladio.
Apud inſulam Endirin
corvi affluentem eſcam
laniandam obtinuere.
Satis alimenti ea vice
Furiarum equis (lupis) acquiſivimus.
Difficile erat cuivis ſe defendere.
Novo ſole telorum e nervis evolantium
aëreos volatus videbam.
Ulmus (arcus) ærata ſpicula emiſit.

d 9. Con-

*Eins* unius, *einn* unus.
*Illt* malum, difficile, *illr*, *ill*, *illt* malus, a, um.
*Gaeta* defendere, *ek gaeti* cuſtodio.
*Uppruna* ortu, *uppruni* ortus, *ek reun upp* orior.
*Solar* ſolis, *ſol* f. g. ſol. Celt. *ſuil* oculus.
*Streing-voulor* nervi hirundines, vel ſagittæ, a velocitate ita dictæ. *Streingr* chorda, *vala*, pro *ſvala* ob euphoniam hirundo.
*Sa ek* vidi.
*Stiga* aſcendere, *ek ſtig* aſcendo.
*Malmr* æs, & metaph. ſagitta.
*Stak* impulit, *ek ſting* adigo, pungo, protundo, ab *εστιχα*.
*Almr* arcus, proprie ulmus. Taxi, ut videretur, raræ erant apud ſeptemtrionales; arcus ex ulmo factitarent, neceſſe igitur erat.
*Malmi* metalla vel ſpicula. *Malm* metallum, *ek mil* tundo.

9.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hadom rendor i dreyra
Tha er ben-thvara bendom
Fyrir Borgundar-Holmi.
Hregg-ſky ſlito hringa,
Hratt almr af ſer malmi.
Follnir fell at vigi;
Var-at einn Konongr meiri.
Val rak vidt of ſtrandir.
Vargr fagnathi tafni.

10. Hiug-

9.

*Hadom* madefecimus, *ek hai* madefacio.

*Dreyra* ſanguine, *dreyri* ſanguis.

*Ben-thvara* vulnerum terebram, *ben* vulnus, *thvari* terebra.

*Bendom* curvavimus, *ek bendi* incurvo.

*Borgundar-holmi* inſula Bornholm, *Borg* munimentum, caſtellum, urbs, ab *ek biarga* ſervo, defendo, Sv. *jag bergar*. *Holmr* inſula.

*Hregg-ſky* nubes pluvialis, *hregg* imber, *ſky* nubes, ſcilicet telorum.

*Slito* vide ſupra.

*Ringa* Annulos ad armaturam pertinentes.

*Hratt* protruſit, *ek hrindi* propello.

9.

Confecimus gladio.
Margines ſcutorum cito madefacti erant
cruore, quum in inſula Bornholmiæ
fatiferos lunaviſſemus arcus.
Mortiferus imber, cornu calamos emittente,
annulos thoracis trajecit.
Cecidit in prœlio Fulknerus, qui unus
omnium regulorum gloria maxime floruit.
Cædes late furit per litus.
Beſtiæ præda gaudebant.



*Follner* nomen cujusdam principis, vel celeberrimi regis maritimi (*ſækongar* vel *ſiakongar* vid. Sturluſon Heims Kringla T. 1, p. 27, 40). In quibusdam MSS. nominatur *Vulner*.
*Varat* nonne fuit, *var* erat, *at* particula negativa, quæ verbis ſæpe interrogative ſubnectitur.
*Val* ſtragem, *valur* ſtrages, ab *ek vel* eligo, hinc Svec. *Valplats*, *Valkyrior* vel *nornir* Deæ bellicæ, *Vallhall* aula Odini.
*Rak* ejecit, *ek rek* pello, ejicio,
*Vidt* late.
*Of* per
*Strander* litora, *ſtraund* litus.
*Vargr* fera, lupus.
*Fagnatbi* lætatus eſt, *ek fagna* lætor.
*Tafni* victu, *tafn* victus.

10.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hilldr var fynt i vexti
Athr Freyr Konongr felli
I Flaemingia velldi.
Nathi blarr at bita
Bloth-fmelltr i gylltan
Haugna-kufl at hielldri
Hardr ben-grifill fordom.
Maer gret morgin fkaera:
Maurg tha er tafn fekz vaurgom.

11. Hiug-

10.

*Hildr* pugna, Bellona feptemtrionalis. cfr. P. Prim. p. 14, n. 4.

*Var fynt* in confpectum prodiit, *ek fyni* monftro;

*I vexti* incremento augeri, *vôxtr* incrementum, *ek vex* crefco.

*Freyr* nomen cujusdam regis.

*Flaemingia-velldi* Flemingorum imperium, ab *at flaemaz* vagari: credunt enim Islandi Flandriam & vicinas mari terras ita a primis inhabitatoribus, ex aliis nempe terris emigrantibus, nominatas effe.

*Blar* cæruleus.

*Blod-fmeltr* fanguine udus, *blod* fanguis, *fmeltr* liquefactus, *ek fmelti* liquefacio.

*Gyltan* auro obductum, acc. *Ek gylli* inauro, *gull* aurum.

10.

Confecimus gladio.
Ludum hafticum Hilldæ (pugnam) accrefcere
fenferunt, donec rex Freyerus
in Belgarum regione prœlio caderet.
Gladius (vulnerum terebra) cæruleus,
fanguine udus, durus,
inauratam armaturam (tegmina Hognii)
olim corrofit.
Virgo, primo diluculo, cœlo fereno, flevit:
intuebatur fercula feris oblata.

11. Con-

*Haugna* Hognii. *Hogne* rex erat fortiffimus, poëtæ itaque de armatura loquuntur quafi ei facra fuiffet: fic lorica Hognii thorax vocatur.
*Hufl* lorica, thorax.
*Ben-greffil* vulneris foffor, i. e. cufpis, *ben* vulnus, *greffil* foffor, hinc Sv. *griffel*, *ek greff* fodio.
*Fordom* olim.
*Maer* virgo, proprie incorrupta & nondum jugata thalamo. Hinc Sv. *mö*.
*Gret* flevit, *ek graet* fleo.
*Morgin* mane, accufativ. adverbialiter pofitus, *morgun* mane.
*Skaera* fereno, abl. *Skaerr*, *fkaer*, *fkaert* ferenus, a, um.
*Maurg* multa, *margr*, *maurg*, *mart*, multus, a, um.
*Fekz* dabatur, *ek fae* obtineo. *Ficks* accepifti, idiotismus Scanenfis.

11.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hundrodom fra ek liggia
A ey-nefis-aundrom
Thar er Engla-Nes heitir.
Sigldom ver til snerro
Sex daegor adr lid felli.
Attom odda-messo
Vid uppruna solar.
Vard fyrir vorom sverdom
Val-thiofr i styr falla.

11.

*Hundrodom* centuriatim. Numerus certus pro incerto.
*Fra ek* ego narro. *Sa ek* vidi in quib. MSS. legitur.
*Liggia* jacere, *ek ligg* jaceo.
*Ey-nefis-aundrom* insularum promontoriorum equis (navibus). *Ey* insula, *nef* nasus, vel promontorium, *andri* equus. Ita vocantur naves, quia piratæ, ut facilius prædæ invigilarent, ad promontoria stationem agebant.
*Engla-nes* Angliæ promontorium, *naes* nasus, promontorium, a νησος insula, νεω nato. Suhm l. c. *Englanes bar uden tvivl været et forbierg i Kent.*
*Heitir* vocatus, *ek heiti* vocor.
*Sigldom ver* nos navigavimus, *ek sigli* navigo, *segl* velum, *sigla* malus.
*Snerru* prælii, gen. *ek snerr* irrito.
*Daegor* acc. *dagr* dies.
*Attom* habuimus, *ek a* possideo.

II.

Confecimus gladio.
Exponere libet de hoſtibus
ad Angliæ promontorium
in navibus centuriatim proſtratis.
Sex diebus ad pugnam navigantes
copias tandem adverſariorum concidimus.
Sole oriente
ſacra mavortia frequentavimus.
Noſtris perire gladiis
fatum Valthiofero fuit.

*Odda-meſſo* cuſpidum miſſa, *oddr* cuſpis, *meſſa* miſſa, ſacra, concio, congregatio. Ita a poëta, Chriſtiana Religione contemtu laborante, turba & clamor pugnantium ſtrepitusque armorum nominantur. Non diſſenſerunt Majores noſtri ab Ennio apud Ciceronem;

*Moribus antiquis res ſtat Romana virisque:* novam itaque religionem, cujus vim tenere neque voluerunt, neque potuerunt, totamque diſciplinam eccleſiaſticam Catholicam maxime dedignati ſunt. Hinc Sorlius robuſtus dixit: *mier thyker ei got at liggia heima ſem munkur i klauſtri; belldur vil ek fara i hernath med Karmon foſtra minum:* i. e. videtur mihi haud bonum eſſe domi otiari inſtar monachi in monaſterio; multo magis vellem cum Carmone, meo nutritio, in terram prædatum exire. Vid. Sagann af Sorla Sterka, Cap. 2, p. 2.

*Vard* necesse habuit, *ek verd* necesse habeo.

*Fyrir* pro, regit abl. causæ.

*Val-thiofr* herois vel reguli, nescio cujus, nomen. *valr* cædes, *thiofr* fur.

*Styrr* tumultus, prœlium.

*Falla* cadere, *ek fell* cado. In quibusdam MSS. legitur *i styr hniga*. *Hniga* prolabi, *ek hnig* prolabor.

Hunc omnesque subsequentes versus, quæ cum insularibus Britanniæ bella gesserit Ragnarus, exponere observavimus.

# LODBROKAR-QUIDA,

*CARMEN GOTHICUM, FAMAM REGIS RAGNARI LODBROCHI*

CELEBRANS,

Cujus Partem Tertiam,

*Consentiente Amplissimo Philosophor. Ordine,*

PRÆSIDE

*NIC. HENR. SJÖBORG,*

Histor. Professore Reg. & Ord. Reg. Acad. Music. Holm. & Societ. Litt. Scand. Hafn. Membro,

PRO LAUREA

*exhibet*

OL. GILIUS KJELLMAN,

Scanus,

*In Lyceo Carol. d. IX Junii A. MDCCCII.*

LUNDÆ,
Typis BERLINGIANIS.

*Regem non faciunt opes,*
*Non veſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota regiæ,*
*Non auro nitidæ trabes:*
*Rex eſt qui poſuit metus*
*Et diri mala pectoris.*

Rex Stoicus ex Seneca.

S:Æ R:Æ M:TIS
SUMMÆ FIDEI VIRO,
REGIS REGNIQUE SVIO-GOTHICI
ANTE HAC SENATORI EXCELLENTISSIMO,
REGIORUM ORDINUM EQUITI ET COMMENDATORI
SPLENDIDISSIMO,
UNI EX OCTODECIM ACADEMIÆ SVECANÆ,
PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

# DOMINO

LIBERO BARONI

# MALTE RAMEL,

*MÆCENATI SUMMO!*

SACRUM.

12.

Hiuggom ver med hiaurvi.
Hrundi daugg af ſverdom
Bryn i Bartha-firdi.
Bleikan na fyrir hauka.
Umdi almr thar er oddar
All-hratt bito ſkyrtor
I ſlidór-loga ſenno
Svolnis hatte thaefdar.
Rendi ormr til unda
Eitr-hvaſs drifinn ſveita.

Hiug-

12.

*Hrundi* ſtillavit, *ek bryn* fluo. Hinc Rheni appellatio.
*Daugg* ros.
*Brynn*, *bryn*, *brynt* pronus, a, um, *brun* exſtremitas collis.
*Bartha-firthi* portu navium, *barthi* navis, *fiördr* æſtuarium, Sv. *fjärd* Oppidum *Perth*, antiquitus *Bertha*, ſitum eſt in Scotia ad æſtuarium *Tai*, atque circa tempora Lodbrochi vaſtatum erat a Danis, qui per *Dunkeldeu* usque *at ioklum* i. e ad montes (usque ad Atholiam) penetrarunt. Vix probabilis nobis videtur conjectura Celeberrimi Suhm. V. ejus Hiſt. Dan. T. 1, p. 556. *Ved Bardaſjord i Halland erholdt han og en ſeir. Siden drog han til Skotland igen.*
*Bleikan* acc. ſing. *bleikr*, *bleik*, *bleikt* pallidus, a, um.
*Na* acc. ſing. *nar* cadaver.
*Hauka* acc. plur. *haukr* accipiter.

12.

Stricto in hostem irruimus ense.
Ros (purpureus) ex nostris mucronibus
deorsum in æstuarium Berthæ destillavit.
Pallentia corpora accipitribus offerebantur.
Murmuravere arcus, cuspides autem
festinantes, litoribus bello flagrantibus,
gladiis evaginatis, thoraces,
galeis Odini coarctatos, perforavere.
Ensis (serpens) veneno induratus, sanie sudans,
in vulnera proruit.

Stri-

*Umdi* insonuit, *ek umi* murmuro.
*Oddar* cuspides, *oddr* cuspis.
*All-hratt* valde celeriter, *all* omne, valde, *hratt* celeriter.
*Skyrtur* acc. indusia i. e. thorax, *skyrta* interula.
